Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Hörmannus Abbas 5tus.

Annus Chri 1316. usqs ad 1333

Quintus huius Cœnobii Pater, dictus Hörmannus Freisinger, electus fuit Anno 1316. Frisingensi.

Anno 1330 electus fuit in confessorium Henrici Regis, ex speciali privilegio S. Pontificis Joannis 22. pro absolutione ab omnibus censuris & peccatis.

Regnavit Annos 17.

Obiit Anno Domini 1333. 20 Decembris.

Emit Monrio diversa plurima bona pro duobus millibus marcarum.

S. Pontifex

Joannes 22. qui sedit annos 18. m. 2. d. 28. mortuus nonagenarius, relicto meo thesauro.

Cæsar.

Anno 1315. Discordantibus Electoribus duo imperatores se electi. Ludovicus Bavarus, & Fridericus Austriacus patrueles. Qui duo octennali bello litigabant pro imperio consequendo. Tandem Ludovicus Bavarus Fridericum, quem captivum habuit in carcere, licet postea dimiserit, eo pacto & conditione, ne deinceps ullus Austriacorum Ducibus Bavariae in assequendo Romano imperio resisteret.

Victoria elatus & se se iactitans Ludovicus, seipsum perdidit, & presumptuose constituit Cæsarem, & regnavit annos 32.

Mortuus in domo cuiusdam rustici prope Firstenfeld, Anno Chri 1347. Sepultus Monachii.

Comes Tyrolis.

Henricus dictus, secundus primus benefactor nostri Monasterii, qui obiit Anno 1335. 4 Aprilis. relictis duobus liberis, quorum Leopoldus in prima pueritia obiit, Margaretha vero dicta Maultasch sola superstes patri Tyrolim obtinuit.

Vdalricus Abbas 6tus.

Annus Chri 1333. usqs ad 1345.

Electus est in Abbatem S. Vdalricus de Ried Anno Domini 1333.

Regnavit annos 12. Obiit anno 1345. 15 Septemb.

Emit Monrio diversa bona pro mille & centum marcis.

S. Pontifex.

Benedictus X. dictus XI. sedit annos 7. m. 4. d. 6.

Clemens 6tus. sedit annos 10. m. 7.

Cæsar.

Carolus 4tus, filius Joannis regis Bohemiæ, nepos Henrici Imperatoris, qui Anno 1347, ex ordinatione Clementis 6ti suscepit regendum imperium.

Comes Tyrolis.

Margaretha Maultasch, quam primo duxerat Joannes Henricus, Joannis Luxemburgici Bohemiæ regis filius, Moraviæ Princeps, cum quo decennium in matrimonio vixit, nec ex prolem habere potuit. Dissolutum q. hoc fuit matrimonium ipsa ipsa à Clemente Pontifice imperante, q. Patriarcham Aquilegiensem, & Episcopum Vriensem, q. factum fuit anno 1339.

Biennio post nupsit Ludovico Bavaro, Marchioni Brandeburgensi, cum quo in Arce Tyroli nuptias celebravit anno 1342. Cum anno confirmavit privilegia Monasterium & Nobilium, ac sollicitatione & invenerto q. Tyrolim velit regere in optimis conditionibus ac pacificis ipsi in principale opus meliorare, & deteriorare.

D. Vdalricus Abbas ædificavit Ecclesiam in Obermiemingen pro Alba Gaistal.

Anno Dni 1338 locusta repleverunt totum mundum, aurum & milium devastantes.

Ao 1352 Ludovicus fecit leges municipales aliquas pro operariis in universum statum.